



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora I. Examen Particulare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

chorea & saltus praesertim cum altero sexu, quae vel maxime Clericos, & Religiosos dedecent, nec sine Laicorum scandalo instituuntur. S. Franciscus Salesius in Introductione ad vitam devotam scribit, choreas fungis similes esse, inter quos, qui videntur meliores non hilum valent. Ordinariè enim comitantur vanitas, luxus, inepta letitia, profusio, compotatio, amor, nox periculosi sanè consilarii, & magistri perversi: hinc, nisi cadere velis in hoc lubrico, memor fragilitatis tuae toties impugnata, utinam invicta, ista fuge.

H O R A I.

Examen Particulare.

Præclara methodus exstirpandi vitia & virtutes inserendi est Examen particulare à S. P. Ignatio exactè traditum in Libello Exercitiorum; quod non veluti generale omnia simul vitia persequitur, sed unum particulare vitium, aut partem illius expugnandam, aut virtutem aliquam acquirendam, aut actionem ordinariam reformandam suscipit: faciliùs enim hostes vincit, qui successivè, quàm qui omnes simul aggreditur.

Praxis

Praxis Examinis particularis.

I. Manè post preces matutinas firmiter statue, hoc vitium quod oppugnandum elegisti, & maxime te infestat, omni diligentia evitare, eidemque resistere, & auxilium divinum efflagita.

II. Per diem aliquoties, v. g. ad hora sonum, propositum hoc renova, actum vitio contrarium, aut virtutis præfixa elice: ac quoties impingis, mox dolorem excita, percusso (quod etiam clam aliis presentibus fieri potest) pectore.

III. Post prandium, singulas horas percurriendo examina, quæ te medio ista die gesseris, si male, idole, & meliora propone, lapsuum numerum annota: si benè, gratias age. Sub vesperum rursus examen institue, defectuum, aut actuum virtuosorum numerum in libello ad hoc præparato signa, diem cum die, hebdomadam cum hebdomade confer, profectus rationes ini, & cura ut numerus defectuum indies decrescat, virtutum verò crescat juxta adjectas tabellas.

Tabula Vitiorum extirpandorum.	Tabula Virtutum inferendarum.
Dominica —————	Dominica —
Feria II. —————	Feria II. ———
Feria III. —————	Feria III. ———
Feria IV. —————	Feria IV. ———
Feria V. —————	Feria V. ———
Feria VI. —————	Feria VI. ———
Sabbatho. —————	Sabbatho. ———

IV. Materia Examinis [ubi maxime molesta, & magis in oculis incurrentia prius mortificaris]

X

dividit


dividi potest secundum triplicem viam perfectio-
nis. Pro via purgativa, suscipienda mortificatio
omniū sensuum & Passionum. 1. Fuga peccati lethali-
s. 2. Fuga peccati venialis voluntarii. 3. Mor-
tificatio oculorum. 4. Aurium. 5. Gustūs. 6. O-
doratus. 7. Tactūs. 8. Lingua & variorum vitio-
rum ejus, mendacii, contemptūs aliorum. 9. Phan-
tasia. 10. Intellectūs. 11. Appetitūs. 12. Volunta-
tis propria. 13. Superbia. 14. Avaritia. 15. Vana
gloria. 16. Luxuria. 17. Invidia. 18. Gula. 19. Ira
& impatientia. 20. Acedia. Pro via illumina-
tiva, servit exercitium & acquisitio omnium
virtutum, quarum 1. Fides. 2. Spes. 3. Dissiden-
tia sui. 4. Fiducia in Deum. 5. Iustitia. 6. Re-
ligio. 7. Pietas. 8. Obedientia. 9. Gratitude. 10.
Amicitia spiritalis. 11. Humanitas. 12. Affabili-
tas. 13. Liberalitas. 14. Misericordia. 15. Eleemo-
sina. 16. Prudentia. 17. Fortitudo. 18. Patientia.
19. Temperantia. 20. Castitas. 21. Mansuetudo.
22. Modestia. 23. Magnanimitas. 24. Humilitas.
Pro via Unitiva, in qua intellectus, memoria
voluntas cum Deo unitur. 1. Agnitio propria ce-
citatis. 2. Desiderium cognitionis & amoris Dei.
3. Cognitione & amor SS. Trinitatis. 4. Aeternitatis.
5. Infinitatis. 6. Omnipotentia. 7. Sapientia. 8.
Bonitatis. 9. Immensitatis, Immortalitatis, Veri-
tatis, Fidelitatis, Iustitia, Misericordia, Libera-
litas, Sanctitatis &c. 10. Cognitione & Amor In-
carnationis & Humanitatis Christi. 11. Cognitione
& Amor Passionis Christi. 12. Venerabilis Sacra-
menti. 13. Beneficiorum Divinorum. 14. Amore
Dei. 15. Perfectio operum quotidianorum. 16.

Loque-

Loquela spiritalis. 17. Contemptus omnium terrenorum. 18. Cura exacta temporis. 19. Operatio ex spiritu. 20. Conformitas cum voluntate Dei. 21. Charitas proximi. 22. Praesentia Dei. 23. Amoroſa unio cum Deo. Ex his ſingula vitia & virtutes in ſuos gradus & actus dividenda; & unus poſt alterum vel extirpandus, vel inſerendus.

V. Conducit valde ob negligentiam, aut defectus commiſſos nonnullam ſibi poenitentiam inſurgere poenitentiam inſurgere, ut hac ratione fortius pugnetur, vel animus ad pugnandum excitetur atque adigatur.

VI. Quoniam vero ſine ſpeciali gratia Dei nec minimum quidem vitium extirpari, aut minimum virtutis actus exerceri, aut gradus inſimul acquiri poſſit, propterea in dies ſepius imploranda divina gratia, per ſuſpiria preces, opera poenitentiae, ſacramenta, patrocinia ſanctorum in ea virtute, cui ſtudes, excellentiſſimam, ac tandem uni inſiſtendum, donec ita viceris ut rariffime cadas; virtutis vero inſenſum habitum acquiſiveris. proinde in facilioribus minus diu, in difficiliſſimis diuſius inhaerendum erit.



P.
D. 11. 11. 11.

Horologium
in caelis



Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Luc. 24.

ARON

X

CO
I. C
M
coop
quod
dru
pus
feru
ta A
litan
Idem
acti
Cono
S
man
mo c
hac
preti
proco
rum
vel
Abai